



# MISSÆ PROPRIÆ CIVITATIS ET DICECESIS LIMBURGENSIS

## FESTA IN UNIVERSA DICECESI RECOLENDÀ

Die 9 Decembris

S. Eucharii Ep. et Conf.

Duplex

Introit. Ps. 131; 9-10

**S**acerdótes tui,  
Dómine, indu-  
ant justitiam,  
et sancti tui ex-  
sultent: pro-  
pter David servum tuum, non  
avértas faciem Christi tui.  
**Ps. ibid., I** Meménto, Dó-  
mine, David: et omnis man-  
suetudinis ejus.

Glória Patri:

Oratio

**E**xaudi, quæsumus, Dómi-  
ne, preces nostras, quas  
in beati Eucharii Confessó-  
ris tui atquè Pontificis sol-  
lemnitate deférimus: et, qui  
tibi digne méritu famulári,  
ejus intercedéntibus méritis,

ab omnibus nos absolve pec-  
catis. Per Dóminum.

Et fit Commemoratiō Octave  
Conceptionis Immaculatæ B. Ma-  
riae Virg.

Oratio

**D**eus, qui per immaculatam Virginis Concep-  
tionem dignum Filio tuo ha-  
bitaculum preparasti: quæ-  
sumus; ut, qui ex morte  
eiusdem Filii tui prævissa  
eam ab omni labore præser-  
vasti, nos quoque mundos  
eius intercessione ad te per-  
venire concédas. (Per eún-  
dem Dóminum nostrum.)

Deinde Commemoratio Ferie.

Lectio Epistole beati Pauli  
Apóstoli ad Hebræos

**Hebr. 7, 23-27**

**F**ratres: Plures facti sunt  
sacerdotes, idcirco quod  
morte prohiberéntur perma-

nere: Jesus autem, eo quod maneat in eternum, semper eternum habet sacerdotium. Unde et salvare in perpetuum potest accedentes per semet ipsum ad Deum: semper vivens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decébat, ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impolitus, segregatus a peccatoribus, et excelsior cælis factus: qui non habet necessitatem cotidie, quemadmodum sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offérre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel; ipsum offerendo, Jesus Christus, Dominus noster.

**Graduale Ps. 131, 16-17**

Sacerdotes ejus induam salutari: et sancti ejus exultatione exultabunt. **V.** Illuc producam cornu David: paravi lucernam Christo meo.

Alleluja, alleluja. **V. Ps. 109, 4** Juravit Dominus, et non paenitabit eum: Tu es sacerdos in eternum, secundum ordinem Melchisedech. Alleluja.

¶ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam

**Luc. 10, 1-9**

In illo tempore: Designavit Dominus et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum,

quo erat ipse venturus. Et dicébat illis: Mëssis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Ite: ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta; et neminem per viam salutaveritis. In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui: et si ibi fuerit filius pacis, requiescat super illum pax vestra: sin autem, ad vos revertetur. In eadem autem domo manete, edentes et bibentes quae apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in dominum. Et in quamcumque civitatem intraveritis, et suscepient vos, manducate quae apponuntur vobis: et curate infirmos, qui in illa sunt, et dicite illis: Appropinquavit in vos regnum Dei.

Credo, ratione Octave.

**Offertorium Ps. 88, 25**  
Véritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

**Secreta**

**S**ancti Eucharil Confessoris tui atque Pontificis, quesumus, Domine, annua sollemnitas pietati tue nos reddat acceptos: ut, per haec

pis placationis officia, et illum beata retributio comitetur, et nobis gratiae tuae dona conciliat. Per Dominum.

**Pro Octava Secreta**

**S**alutarem hostiam, quam in sollemnitate immaculatae Conceptionis beatae Virginis Mariæ tibi, Domine, offerimus, suscipe et praesta: ut, sicut illam tua gratia preveniente ab omni labore immunem profitemur; ita ejus intercessione a culpis omnibus liberemur. (Per Dominum nostrum.)

**Deinde Commemoratio Ferie.**  
**Prefatio de B. Maria Virg. Et te in Conceptione Immaculata, ratione Octavæ.**

**Communio Matth. 24, 46-47**  
**Beatus servus, quem, cum venerit dominus, invenerit vigilantem: amen, dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.**

**Postcommunio**

**D**eus, fideliū remunerator animarum: praesta; ut beati Eucharii Confessoris tui atque Pontificis, cuius venerandam celebramus festivitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per Dominum nostrum.

**Pro Octava Postcommunio**

**S**acramenta que sumpsimus, Domine, Deus noster: illius in nobis culpæ vul-

nera reperant; a qua immaculatam beatam Mariæ Conceptionem singuläriter preservasti. (Per Dominum.)

**Deinde Commemoratio Ferie.**

**Die 29 Januarii**

**S. Valerii Ep. et Conf.**

**Duplex**

**Missa Statuit, de Communi Confessoris Pontificis I loco, præter Orationes sequentes:**

**Oratio P**

**B**eatæ Valerii Confessoris tui atque Pontificis, quæsumus, Domine, fragilitatem nostram tuere præsidile: ut, cuius venerandam festivitatem annua devotione recollimus; ejus meritis ab omnibus liberemur adversis. Per Dominum.

**Et fit Commemoratio S. Francisci Salesii Ep., Conf. et Ecl. Doct.:**

**Oratio**

**D**eus, qui ad animarum salutem beatum Franciscum Confessorem tuum atque Pontificem omnibus omnia factum esse voluisti: concorde propstius; ut, caritatis tue dulcedine perfusi, ejus dirigentibus monitis ac suffragantibus meritis, æternæ gaudia consequamur. Per Dominum.

**Et dicitur Credo, ratione S. Doctoris.**

**Secreta**

P

**S**acrificium laudis, quod in commémoratiōne bēati Valérii Confessoris tui atque Pontificis tibi offérimus, propitiōs suscipe: et grātiā tuā, quām nostris opēribus non merēmūr, ejus nobis intercessiōne concéde. Per Dóminum.

**Pro S. Francisco Salesio****Secreta**

P

**S**ancti Francisci Pontificis tui atque Doctoris nobis, Dómine, pia non desit oratiō: quae et múnera nostra conciliet; et tuā nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dóminum.

**Postcommunio**

P

**Q**uēsumus, Dómine, salutáribus replēti mystériis: ut bēati Valérii Confessoris tui atque Pontificis oratiōibus adjuvémur; cuius soliēnnia celebrámus. Per Dóminum.

**Pro S. Francisco Salesio****Postcommunio**

**U**t nobis, Dómine, tua sacrificia dent salūtem: bēatus Franciscus Póntifex tuus et Doctor egrégius, quēsumus, précator accédat. Per Dóminum.

Mis̄se privatae dici possunt, juxta Rubricas; etiam de S. Francisco Salesio Ep., Conf. et Eccl. Doct., ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Valerii.

**Die 4 Februarii****S. Rabani Mauri  
Episcopi et Confessoris****Duplex**

Missa Sacerdōtes tui, de Communi Conf. Pont. 2 loco.

Et fit Commemoratio S. Andreæ Corsini Ep. et Conf., ut in Missali hac die.

Extra Feriam IV Cinerum Mis̄se privatae dici possunt, juxta Rubricas, etiam de S. Andrea Corsini Ep. et Conf., ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Rabani Mauri.

**Die 14 Februarii****S. Valentini Ep. et Mart.****Duplex**

Missa Státuit; de Communi unius Martyris loco.

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriae in Missis non conventualibus ac legitur ejus Evangelium in fine; deinde Commemoratio S. Valentini Presb. et Mart., ut in Missali hac die.

In Quadragesima Mis̄se privatae dici possunt, juxta Rubricas, etiam de Feria cum Commemoratione S. Valentini Ep. et Mart. ac S. Valentini Presb. et Mart.

Die 23 Aprilis

**SANCTI GEORGII MARTYRIS,  
PATRONI PRINCIPALIS CIVITATIS TOTIUSQUE  
DIECESIS LIMBURGENSIS**

Duplex I classis cum Octava commun!

Introitus

**G**audeamus omnes in Dómino, diem festum celebrantes sub honore beati Georgii Mártiris: de cuius passióne gaudent Angeli et collaudant Filium Dei, alleluja, alleluja.  
**Ps. 32, 1** Exsultáte, justi, in Dómino: rectos decet collaudatio. **X.** Glória Patri.

Oratio

**D**eus, qui nos beati Georgii Mártiris tulí méri-tis et intercessióne laetificas: concéde propitius; ut, qui tua per eum beneficia pós-cimus, dono tuæ grátiae con-sequámur. Per Dóminum.

Lectio libri Sapiéntie

**Sap. 5, 1-5**

**S**tabunt justi in magna constántia aduersus eos, qui se angustiavérunt et qui abstulérunt labores eorum. Vidéntes turbabúntur timore horribili, et mirabúntur in subitatiōne insperatōe salutis, dicéntes intra se, pénitentiam agéntes, et præ angústia spíritus geméntes: Hi sunt, quos habúimus aliquando in derisum et in si-

militúdinem impropérii. Nos insensati vitam illorū sestimabámitis insániam, et finem illorū sine honore: ecce, quómodo computati sunt inter filios Dei, et inter Santos sors illorū est.

Alleluja, alleluja. **X. Ps. 88, 6** Confitebúntur cœli mirabilia tua, Dómine: étenim veritatem tuam in ecclésia sanctórum. Alleluja. **X. Ps. 20, 4** Posuisti, Dómine, super caput ejus corónam de lāpide pretiōso. Alleluja.

† Sequéntia sancti Evangélii secundum Joánnem

**Joann. 15, 1-7**

In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis: Ego sum vitis vera: et Pater meus agricola est. Omnem pálmitam in me non feréntem fructum, tollet eum: et omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Jam vos mundi estis propter sermónem, quem locutus sum vobis. Manéte in me: et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi mansebit in vite: sic nec vos, nisi in

me manseritis. Ego sum vitis, vos pálmites: qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, et aréscet, et colligent eum, et in ignem mittent, et ardet. Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis, petatis, et fiet vobis.

**Credo**, et dicitur per totam Octavam.

**Offertorium Ps. 88, 6** Confitebuntur cæli mirabilia tua, Dómine: et veritatem tuam in ecclésia sanctorum, alleluja, alleluja.

#### Secreta

**M**únera, Dómine, oblata sanctifica, et, intercedente beato Georgio Mártire tuo, nos per hæc a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dóminum.

**Communio Ps. 63, 11** Lætabitur justus in Dómino, et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde, alleluja, alleluja.

#### Postcommunio

**S**úpplices te rogámus, omnipotens Deus: ut, quos tuis réficiis sacraméntis, intercedente beato Georgio Mártire tuo, tibi etiam plácitis móribus dignanter tribuas deservire. Per Dóminum.

Infra Octavam de ea fit Commemoratio juxta Rubricas, et dicitur **Credo**. Die 27 Aprilis fit de Octava cum Missa ut supra, et dicitur 2. Oratio de sancta María Concéde, 3. contra persecutores Ecclesiæ, vel pro Papa.

3 Pro votiva Tempore Paschali dicitur Missa ut supra, excepto tamen Introitu, qui dicitur de Missa Protexisti de Communi Martyrum Tempore Paschali 1 loco; pro votiva vero extra Tempus Paschale sumitur Missa In virtute, de Communi unius Martyris 3 loco, cum Orationibus ut supra.

#### Die 27 Aprilis

De V die infra Octavam  
S. Georgii Martyris

#### Semiduplex

Missa ut in Feste.  
2. Oratio de sancta María Concéde, 3. contra persecutores Ecclesiæ, vel pro Papa.

Et dicitur **Credo**.

#### Die 30 Aprilis

In Octava

S. Georgii Martyris

#### Duplex majus

Missa ut in Feste.  
Et fit Commemoratio S. Catharinae Senensis Virg., ut in Missali hac die.

3 Missæ privatiæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de S. Catharina Senensi Virg., ut in Missali hac die, cum Commemoratione diel Octavæ S. Georgii; et dicitur **Credo**, ratione ejusdem Octavæ.

## Die 15 Maii

**S. Ruperti Confessoris**

Duplex

**Missa Justus ut palma, de Communi Confessoris non Pontificis 2 loco.**

Et fit Commemoratio S. Joannis Baptiste de la Salle Conf., ut in Missali hac die.

¶ Missæ privatiæ dici possunt, Juxta Rubricas, etiam de S. Joanne Baptista de la Salle Conf., ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Ruperti.

## Die 5 Junii

**S. Bonifatii Ep. et Mart., Patroni minus principalis Diœcesis,**

Duplex II classis

**Missa Exsultabo, ut in Missali hac die.**

## Die 18 Junii

**S. Elisabeth Schönau-giensis Virginis**

Duplex

**Missa Dilexisti, de Communi Virginum 3 loco.**

Et fit Commemoratio S. Ephræm Syri Diaconi, Conf. et Ecl. Doct., ac Ss. Marci et Marcelliani Mm., ut in Missali hac die; et dicitur Credo, ratione S. Doctoris.

¶ Missæ privatiæ dici possunt, Juxta Rubricas, etiam de S. Ephræm Syro Diacono, Conf. et Ecl. Doct., ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Elisabeth Virg. ac Ss. Marci et Marcelliani Mm.

## Die 27 Junii

**S. Crescentis Ep. et Mart.**

Duplex majus

**Missa Sacerdotes Dei, de Communi unius Martyris 2 loco, præter Orationem sequentem:**

Oratio P

**D**eus, qui nos per beatum Crescentem Martyrem atque Pontificem ad agnitionem nominis tui vocare dignatus es: praesta, quæsumus; ut quem pastorem habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per Dominum.

Et fit Commemoratio Octavie S. Joannis Baptiste, ut in Missali hac die.

Secreta C

**M**únera tibi, Domine, dicata sanctifica: et, intercedente beato Crescente Martyre tuo atque Pontifice, per eadem nos placatus intende. Per Dominum.

Postcommunio C

**H**ec nos communio, Domine, purget a criminie: et, intercedente beato Crescente Martyre tuo atque Pontifice, cœlestis remédii faciat esse consortes. Per Dominum nostrum.

Die 9 Julii  
S. Goaris Confessoris

Duplex

Introitus Ps. 38, 30-31

**G**o s justi meditabitur sa-  
piéntiam, et lingua  
ejus loquétur judí-  
cium: lex Dei ejus in corde  
ipsius. **Ps. Ibid., 1** Noli semu-  
lari in malignántibus: neque  
zeláveris facientes iniqtá-  
tem. **¶** Glória Patri.

Oratio

**D**eus, qui Ecclésiam tuam  
beáti Goáris Confessó-  
ris tui decorásti méritis et  
laetificásti miráculis: effúnde  
super nos abúnde miseri-  
córdiam tuam; ut, ejus ex-  
émpio in mélius reformáti,  
válido patrocínio ab ómni-  
bus liberémur adverásis. Per  
Dóminum.

Léctio libri Ecclesiástici

**Ecccl. 47, 9-12**

**I**n omni opere dedit Dómi-  
nus confessiónem Sancto  
et Excélsio in verbo glóriæ.  
De omni corde suo laudávit  
Dóminum, et diléxit Deum,  
qui fecit illum, et dedit illi  
contra inimicos poténtiam;  
et stare fecit cantóres contra  
altáre, et in sono eórum dul-  
ces fecit modos. Et dedit in  
celebratióibus decus, et or-  
návit témpora usque ad con-  
summationem vitæ, ut lau-  
dárent nomen sanctum Dó-

mini, et amplificárent mane  
Dei sanctitátem.

**Gradusé Ps. 20, 4-5** Dó-  
mine, prævenisti eum in  
benedictiōibus dulcēdinis:  
posuisti in capite ejus coró-  
nam de lápide pretiōso. **¶**  
Vitam pétiti a te, et tribuisti  
ei longitúdinem diérum in  
séculum séculi.

Alleluja, alleluja. **¶** O  
sancte Goar, Dómini Con-  
fessor et alme Sacérdos, pro-  
ptius nobis tu peccatóribus  
adsis. Alleluja.

**† Sequéntia sancti Evangélii  
secundum Lucam**

**Luc. 12, 32-34**

**I**n illo témpore: Dixit Jesus  
discípulis suis: Nolite ti-  
mère, pusillus grex, quia  
complácuit Patri vestro dare  
vobis regnum. Véndite quæ  
possidétis, et date elemósý-  
nam. Fácite vobis sácculos,  
qui non veteráscent, thesáu-  
rum non deficiéntem in cæ-  
lis: quo fur non apprópiat,  
neque tínea corrúmpit. Ubi  
enim thesáurus vester est, ibi  
et cor vestrum erit.

**Offertorium Ps. 88, 25** Vé-  
ritas mea et misericórdia  
mea cum ipso: et in nōmine  
meo exaltábitur cornu ejus.

**Secréta**

**B**eáti Goáris Confessóris  
tui, Dómine, venerán-  
dam recoléntes memóriam,

tue majestati laudis hostias  
immolamus, orantes: ut ejus  
pia intercessione tibi place-  
ant et nos a peccatis absolu-  
vant. Per Dominum.

**Communio Matth. 24, 46-47**

Beatus servus, quem, cum  
venerit dominus, invenerit  
vigilantem: amen, dico vo-  
bis, super omnia bona sua  
constituet eum:

**Postcommunio**

**S**umpsimus, domine, beati  
Goaris Confessoris tui  
memoriam recolentes, sacra-  
menta caelestia; concorde pro-  
pitius; ut ejus meritis et pre-  
cibus nobis fiant salutaria,  
cujus sacrae recordationis ve-  
neratione tue oblate sunt  
majestati. Per dominum:

**Die 11 Augusti**

**In Dedicatione  
Ecclesiae Cathedralis**

**Duplex I classis cum Octava  
communi**

**Missa Terribilis**, de Communi  
Dedicationis Ecclesiae.

Et non fit Commemoratio Ss.  
Tiburtii et Susanne Virg., Mm.

Infra Octavam de ea fit Com-  
memoratio juxta Rubricas, et di-  
citur Credo.

**Die 13 Augusti**

**De Octava Dedicationis  
Ecclesiae Cathedralis**

**Semiduplex**

**Missa ut in Festo.**

Et fit Commemoratio Ss. Hippolyti et Cassiani Mm., ut in Missali hac die et dicitur 3. Oratio de sancta Maria Concide.

**5** Missae privatae dici possunt  
ritu festivo, juxta Rubricas, et  
iam de Ss. Hippolyto et Cassiano  
Mm., ut in Missali hac die,  
cum Commemoratione Octavae  
Dedicationis Ecclesiae Cathedralis  
et 3. Oratione de sancta Ma-  
ria Concide, sed Credo non di-  
citur.

**5** Si hodie fuerit Sabbathum, in  
Missis non conventionalibus fit  
Commemoratio Vigillae anticipa-  
tive Assumptionis B. M. V., ac Ss.  
Hippolyti et Cassiani Mm.; et in  
fine legitur Evangelium Vigillae.

**Die 14 Augusti**

**De Octava Dedicationis  
Ecclesiae Cathedralis**

**Semiduplex**

In Choro post Nonam dicitur  
Missa conventionalis de Vigilia As-  
sumptionis, cum Commemora-  
tione Octavae Dedicationis Ec-  
clesiae Cathedralis ac S. Eusebii  
Conf. Missae privatae vero dici  
possunt etiam de Octava cum  
Commemoratione Vigillae ac S.  
Eusebii, et in fine legitur Evan-  
gelium Vigillae.

**Die 18 Augusti**

**De Octava Dedicationis  
Ecclesiae Cathedralis**

**Duplex maius**

**Missa Terribilis**, ut in Festo.  
Et fit Commemoratio Octavae  
Assumptionis B. M. V.

Die 19 Augusti  
S. Helense Imperatricis,  
Viduae  
Duplex

Introitus Gal. 6, 14

**M**ichi autem absit glo-  
riari, nisi in Cruce  
Domini nostri Iesu  
Christi: per quem mihi mun-  
dus crucifixus est, et ego  
mundo. **Ps. 47, 2** Magnus  
Dominus et laudabilis nimis:  
in civitate Dei nostri,  
in monte sancto ejus.

**Y.** Glória Patri.

Oratio

**D**eus, qui beatam Héle-  
nam Reginam in præ-  
clara salutifera Crucis in-  
ventione mirabilem effecisti:  
concéde propitiis; ut, ejus  
intercessione, vitális ligni  
prétlum salutárem in nobis  
júgiter operétur effectum.  
Per Dominum.

Et fit Commemoratio Octavæ  
Assumptionis B. Marie Virg.:

Oratio

**F**amulorum tuorum, quæ-  
sumus, Domine, delictis  
ignosce: ut, qui tibi pla-  
cere de actibus nostris non  
valémus; Genetricis Filii tui,  
Domini nostri, intercessione  
salvémur: Qui tecum vivit.

Lectio libri Sapientiae

Prov. 31, 10-31

**M**ulierem fortē quis in-  
véniet? Procul et de-

últimis finibus prétium ejus.  
Confidit in ea cor viri sui,  
et spoliis non indigébit. Red-  
det ei bonum, et non malum,  
omnibus diébus vitæ sue.  
Quesivit lanam et linum, et  
operata est consilio manuum  
suarum. Facta est quasi na-  
vis institoris, de longe por-  
tans panem suum. Et de  
nocte surréxit, deditque præ-  
dam domésticis suis, et ci-  
baria ancillis suis. Conside-  
rávit agrum, et emit eum:  
de fructu manuum suarum  
plantavit vineam. Accinxit  
fortitudine lumbos suos, et  
roboravit brachium suum.  
Gustavit, et vidiit, quia bona  
est negotiatio ejus: non ex-  
stinguetur in nocte lucerna  
ejus. Manum suam misit ad  
fortis, et dígití ejus appre-  
henderunt fusum. Manum  
suam apéruit snopi, et pal-  
mas suas exténdit ad paupe-  
rem. Non timébit domini suæ  
a frigóribus nivis: omnes  
enim doméstici ejus vestiti  
sunt duplícibus. Stragulátam  
vestem fecit sibi: byssus et  
púrpura indumentum ejus.  
Nobilis in portis vir ejus,  
quando séderit cum senató-  
ribus terræ. Sindonem fecit  
et vèndidit, et cingulum trá-  
didit Chananeo. Fortitudo  
et decor indumentum ejus,  
et ridébit in die novissimo.  
Os suum apéruit sapiéntiae  
et lex cleméntiae in lingua

ejus. Considerávit sémitas domus sue, et panem otiosa non comédit. Surrexérunt filii ejus, et beatissimam prædicavérunt: vir ejus, et laudávit eam. Multæ filiæ congregavérunt divitias: tu supergréssa es univérsas. Falax grátia, et yana est pulchritúdo: muller timens Dóminum, ipsa laudábitur. Date ei de fructu manuum suarum, et laudent eam in portis ópera ejus.

**Graduale Ps. 44, 3** Diffusa est grátia in lábilis tuis: propterea benedixit te Déus in ætérnum. **y. Ibid., 5** Propter veritatem et mansuetudinem et justitiam: et deducet te mirabiliter déxtera tua.

Alleluja, alleluja. **y.** Virga regni floruit, virgam Crucis regina protulit: superbórum capita conquassata subdidit jugo Christi. Alleluja.

† Sequéntia sancti Evangélii secundum Mattheum

**Matth. 13, 44-52**

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cœlorum thesáuro abscondito in agro: quem qui invénit homo, abscondit, et prægáudio illius vadit, et vendit univérsa, quæ habet, et emit agrum illum. Iterum simile est regnum cœlorum homini

negotiatóri, quærénti bonas margaritas. Invénta autem una pretiosa margarita, ábilit, et vénididit ómnia, quæ hábuit, et emit eam. Iterum simile est regnum cœlorum sagénæ, missæ in mare et ex omni génere píscium congreganti. Quam, cum impléta esset, educéntes, et secus litus sedéntes, elegérunt bonos in vasa, malos autem foras misérunt. Sic erit in consummatiōne sæculi: exhibunt Angeli, et separábunt malos de médio justorum, et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus et stridor dénytum. Intellexistis haec ómnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesáuro suo nova et vétera.

**Credo, ratione Octave Assumptionis.**

**Offertorium Ps. 117, 16-17**  
Déktra Dómini fecit virtutem, déxtera Dómini exaltavit me: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

### Secreta

Sacris altáribus tuis impedita múnera, quæsumus, Dómine, flant nobis ejus intercessiōne salutaria: quæ lignum sanctæ Crucis, primam hujus oblationis aram,

méruit invēnire. Per Dóminum nostrum.

**Pro Octava Assumptionis  
B. Marīe Virg.**

**Secreta**

**S**ubvéniat, Dómine, plebi tue Dei Genetricis oratio: quam etsi pro condicione carnis migrasse cognoscimus, in cœlesti glòria apud te pro nobis intercedere sentiāmus. Per eundem Dóminum nostrum.

**Præfatio de B. Marīe Virg.**  
Et te in Assumptione.

**Communio Matth. 13, 45-46**

Simile est regnum cœlorum homini negotiatori, querenti bonas margaritas: invēnta autem una prætiosa margarita, dedit ömnia sua, et comparavit eam.

**Postcommunio**

**P**retiosi Cörperis et Sanguinis tui, Dómine, pro nobis in ara Crucis oblati, mystèria sancta sumentes: quæsumus; ut beatæ Hélense præcibus nobis ad salutem proveniānt, cujus in ejusdem sanctæ Crucis inventione recolimus triumphum: Qui vivis et regnas.

**Pro Octava Assumptionis  
B. Marīe Virg.**

**Postcommunio**

**M**ensæ cœlestis participes effécti, implorámus clementiam tuam, Dómine,

Deus noster: ut, qui Assumptionem Dei Genetricis colimus, a cunctis malis immunitib; ejus intercessione, liberémur. Per eundem Dóminum nostrum.

Die 17 Septembbris

**S. Hildegardis Virginis**

**Duplex majus**

**Missa Dillexisti, de Communi  
Virginum 3 loco, præter Oratio-  
nes sequentes:**

**Oratio**

**P**

**D**eus, qui sanctam Hildegardem Virginem luce sapientiae tue in terris illustrasti, eamque fidelibus tuis lucernam ardentem in via ad vitam constitusti: da nobis, quæsumus; ut, cujus sacris gloriāmur reliquiis, ejus horatamina sectando ac vestigia premendo ad visionem claritatis tue feliciter pervenire mereamur. Per Dóminum nostrum.

**Et fit Commemoratio Impres-  
sionis Ss. Stigmatum S. Fran-  
ciscl Conf.**

**Oratio**

**D**ómine Jesu Christe, qui, frigescente mundo, ad inflammandum corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Francisci passionis tue sacra Stigmata renovasti: concéde propitius; ut ejus méritis et præcibus crucem júgiter feramus, et dignos

Die 17 Septembris

## S. HILDEGARDIS VIRGINIS

Duplex

Introitius Ps. 72, 28

**M**ihil autem adhærere Deo bonum est, pónere in Dómino spem meam: ut annúntiem omnes prædicatiōnes tuas in portis filiæ Sion. Ps. 40,  
13 Me autem propter inno-  
centiam suscepisti: et con-  
firmasti me in conspéctu  
tuo in ætérnum.

X. Glória Patri.

Oratio

**D**eus, qui beatam Hilde-  
gárdem Vírginem tuam  
donis cælestibus decorásti:  
tribue, quæsumus; ut, ejus  
vestigiis et documéntis in-  
sisténtes, a præséntis sæ-  
culi caligine ad lucem tu-  
am delectábillem transire  
mereámur. Per Dóminum.

Et fit Com. Impressionis  
Ss. Stigmatum S. Francisci  
Conf., ut in Missali.

Léctio Epistolæ beáti Pauli  
Apóstoli ad Corínthios  
1 Cor. 1, 26-29

**V**idete vocatiōnem ve-  
stram, fratres, quia non  
multi sapiéntes secúndum  
carnem, non multi poténtes,  
non multi nóbiles: sed  
quæ stulta sunt mundi élé-  
git Deus, ut confundat sa-  
piéntes: et infirma mundi

élégit Deus, ut confundat  
fórtia: et ignobilia mundi  
et contemptibilia élégit De-  
us, et ea quæ non sunt, ut  
ea quæ sunt destrúeret: ut  
non gloriétur omnis caro  
in conspéctu ejus.

Graduale Cantic. 8, 4 et  
6, 2 Invéni quem díligit  
ánima mea: ténui eum, nec  
dimittam. X Ego dilécto  
meo, et diléctus meus  
mihi, qui pásclitur inter  
lilia.

Allelúja, allelúja. X. Isai.  
61, 10 Exsultábit ánima  
mea in Deo meo, quia in-  
duit me vestiméntis salú-  
tis, quasi sponsam ornátam  
monílibus suis. Allelúja.

† Sequéntia sancti Evan-  
gélii secúndum Matthæum

Matth. 25, 1-13

**I**n illo témpore: Dixit Je-  
sus discípulis suis pará-  
bolam hanc: Simile erit  
regnum cælórum decem  
virgínibus: quæ, accipiéntes  
lámpades suas, exié-  
runt óbyiam sponso et  
sponsæ. Quinque autem ex  
eis erant fátuæ, et quinque  
prudéntes: sed quinque fá-  
tuæ, accéptis lampádibus,  
non sumpsérunt óleum se-  
cum: prudéntes vero acce-  
pérunt óleum in vasis suis

cum lampádibus. Moram autem faciente sponso, dormitáverunt omnes et dormíerunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce, sponsus venit, exite óbviā ei. Tunc surrexé- runt omnes vírgines illæ, et ornavérunt lámpades suas. Fátuæ autem sapiéntibus dixérunt: Date nobis de óleo vestro: quia lámpades nostræ exstinguúntur. Re- spondérunt prudéntes, di- céntes: Ne forte non suf- ficiat nobis et vobis, ite pótius ad vendéntes, et émitte vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus: et quæ parátæ erant, intra- vérunt cum eo ad nuptias, et clausa est jánua. Novís- simæ vero véniant et réli- quæ vírgines, dicéntes: Dó- mine, Dómine, áperi nobis. At ille respónsens, ait: Amen, dico vobis, néscio vos. Vigiláte itaque, quia nescítis diem neque ho- ram.

*Offertorium Ps. 41, 2 et 8  
Quemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum,  
ita desíderat ánima mea*

ad te, Deus. Sitívit ánima mea ad Deum fortē vivum.

### Secreta

**S**anctæ Hildegárdis Ví- ginis tuæ festa recoléntes, preces offérimus et hó- stias immolámus: præsta, quæsumus, Dómine; ut, cum præsidio temporali, vitæ nobis præbeant incre- mènta perpétuæ. Per Dó- minum nostrum.

*Et fit Com. Impressionis  
Ss. Stigmatum S. Francisci.*

*Communio Philipp. 1, 20  
et 21 Magnificábitur Chri-  
stus in còrpo meo, sive  
per vitam, sive per mortem:  
mihi enim vivere Christus  
est, et mori lucrum.*

### Postcommunio

**P**erpétuo, Dómine, favó- re proséquere, quos ré- fícis divino mystério: et quos imbuísti cælestibus institútis; eósdem, inter- cedénte beáta Hildegárde Vírgine tua, salutáribus comitáre solátiis. Per Dó- minum nostrum.

*Et fit Com. Impressionis  
Ss. Stigmatum S. Francisci.*

Concordat cum originali.

Wratislavie, die 29 Martii 1940

A. CARD. BERTRAM

Archieppus Wratislavien.

### IMPRIMATUR.

Ratisbonæ, die 3 Aprilis 1940

v. n. Dr. Doeberl

Ratisbonæ, sumptibus et typis Friderici Pustet 1940

fructus pénitentiae faciamus: Qui vivis.

**Secreta** P.

**S**anctæ Hildegardis Virginiæ tuæ festa recolentes, preces offérimus et hóstias immolámus: præsta, Dómine, quæsumus; ut cum præsidio temporali vitæ nobis præbeant incremēta perpétue. Per Dóminum.

**Pro Impressione Ss. Stigmatum S. Francisci**

**Secreta**

**M**únera tibi, Dómine, dícata sanctifica: et, intercedente beato Francisco, ab omni nos culpárum labe purifica. Per Dóminum.

**Postcommunio** P.

**P**erpétuo, Dómine, favore proséquere, quos rēficiis divino mystério; et quos imbusisti cœlestibus institutiōnēs, eōsdem, intendente beata Hildegarde Virgine tua salutari bus solaciis recreare dignérīs. Per Dóminum.

**Pro Impressione Ss. Stigmatum S. Francisci**

**Postcommunio**

**D**eus, qui mira Crucis mystēria in beato Francisco Confessore tuo multiformiter demonstrasti: da nobis, quæsumus; devotio- nis suae semper exēmpla sectari, et assidua ejusdem

Crucis meditatiōne munſri. Per Dóminum;

**5** Missæ privatae dij possunt, juxta Rubricas, etiam de Impres- sione Sa. Stigmatum S. Francisci Conf., ut in Missal hac diæ, cum Commemoratiōne S. Hildegar- dis.

**Die 25 Septembri**  
**S. Materni Ep. et Conf.**

**Duplex**

**Introitus** Eccl. 46, 30

**S**tátuit ei Dóminus tes- tamētum pacis, et principem fecit eum: ut sit illi sacerdōtii dignitas in eternum: Ps. 131, 1. Me- mēnto, Dómine, David: et omnis mansuetudinis ejus.

**Glória Patri.**

**Oratio**

**D**eus, qui diversarum na- tionum populis præclā- ros veræ fidei constituisti doctores: præsta, quæsu- mus; ut omnes, qui ad beatū Materni Confessoris tui atque Pontificis festa convé- niunt, præsentis prosperitä- tem vitæ et futuram animæ beatitudinis gloriām conse- quāntur. Per Dóminum.

**Lectio Epistole beati Pauli Apóstoli ad Hebreos**

**Hebr. 13, 7-17**

**F**ratres: Mementote præ- positōrum vestrōrum, qui vobis locuti sunt verbum

Dilecti: quorum intuentes existimatum conversationis, imitamini fidem. Jesus Christus heri, et hodie: ipse et in secula. Doctrinis variis et per egrinias nolite abducere. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis, que non profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deserviunt. Quorum enim animarium insertur sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod et Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, impropterum ejus portantes. Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquisimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est fructum labiorum confitentium nominis ejus. Beneficentiae autem et communioneis nolite oblivisci: talibus enim hostiis promeretur Deus. Obedite praepositis vestris, et subjecete eis. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animalibus vestris reddituri.

**Graduale Ps. 88, 21-23** Invenci David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabit-

tur ei, et brachium meum confortabit eum. **V.** Nihil proficeret inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocabit ei.

Alleluja, alleluja. **V.** Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus repleta est. Alleluja.

**+** Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum

**Matth. 25, 14-23**

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo peregre proficiscens vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua. Et unum dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem, et profectus est statim. Abiit autem, qui quinque talenta acciperat, et operatus est in eis, et lucratus est alia quinque. Similiter et: qui duo acciperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acciperat, abiens fodit in terram, et abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit dominus servorum illorum, et posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acciperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce, alia quinque superlucratus sum. Ait illi do-

minus ejus: Euge, serve bone et fidélis; quia super pauca fuisti fidélis, super multa te constituam: intra in gáudium dómini tui. Accéssit autem et qui duo talénta accéperat, et ait: Dómine, duo talénta tradidisti mihi, ecce, alia duo lucrátus sum. Ait illi dómimus ejus: Euge, serve bone et fidélis, quia super pauca fuisti fidélis, super multa te constituam: intra in gáudium dómini tui.

**Offertorium Ps. 88, 25** Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nōmine meo exaltabitur cornu ejus.

**Secreta**

**S**ancti Matérni Confessóris tui atque Pontificis, quæsumus, Dómine, ánnua sollémitas pietati tue nos reddat accéptos: ut, per haec piae placatiónis officia, et illum beata retribúto comitétur, et nobis grátiae tue dona conciliet. Per Dóminum.

**Communio Matth. 25, 20-21** Dómine, quinque talénta tradidisti mihi, ecce, alia quinque superlucrátus sum: Euge, serve bone et fidélis, quia, in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium dómini tui.

**Postcommunio**

**D**eus, fidéljum remunerátor animárum: præsta;

ut beáti Matérni Confessóris tui atque Pontificis, cujus venerándam celebrámus festivitátem, prǽcibus indulgén-tiam consequámur. Per Dóminum nostrum.

Die 13. Octobris

**S. Lubentii Confessoris Duplex**

**Missa** Os justi, de Communi Confessoris non Pontificis loco, preter Orationem sequentem:

**Oratio. P**

**D**eus, qui populo tuo beatum Lubentium Confessorem grátia prædicatiōnis et operatiōne virtútum mirabilēm effecisti: concéde nobis famulis tuis; et ea, quæ dōcuit, intellectu conspiceret, et quæ egit, imitatiōne complere. Per Dóminum nostrum.

**Et fit Commemoratio S. Eduardi Regis, Conf.:**

**Oratio**

**D**eus, qui beatum regem Eduardum Confessorem tuum æternitatis glória coronasti: fac nos, quæsumus; ita eum venerari in terris, ut cum eo regnare possimmo in cælis. Per Dóminum nostrum.

**Secreta C**

**L**audis tibi, Dómine, hóstias immelámus in tuorum commemoratione Sanctórum: quibus nos et præsén-

tibus exui malis confidimus  
et futuris. Per Dominum.

percépimus, ejus muniamur  
et precibus. Per Dominum.

## Pro S. Eduardo

## Secreta

**P**raesta nobis, quæsumus,  
omnipotens Deus: ut  
nostræ humilitatis oblatio,  
et pro tuorum tibi grata sit  
honore Sanctorum, et nos  
cörpore páriter et mente pu-  
rificet. Per Dominum.

## Postcommunio C

**R**efecti cibo potuque ca-  
lesti, Deus noster, te  
súpplices exoramus: ut, in  
cujus hæc commemoratione

## Pro S. Eduardo

## Postcommunio

**Q**uæsumus, omnipotens  
Deus: ut, qui caeléstia  
alimenta percépimus, inter-  
cedente beato Eduardo Con-  
fessore tuo, per hæc contra  
omnium adversa muniamur.  
Per Dominum.

Messe privatae dici possunt,  
juxta Rubricas, etiam de S. Edu-  
ardo Rege, Conf., ut in Missali  
hoc die, cum Orationibus tamen  
ut supra, et cum Commemora-  
tione S. Lubentii.

## II

### FESTA PATRÓNORUM PRO ECCLESIIS PARTICULARIBUS

Die 4 Decembris

S. Barbaræ Virg. et Mart.

## Introitus

**C**audeámus omnes in  
Dómino, diem fes-  
tum celebrantes sub  
honore beatæ Bárbaræ Ví-  
rginis et Mártyris: de cujus  
passióne gaudent Angeli et  
collaudant Fílum Dei. Ps.

44, 2 Eructávit cor meum  
verbum bonum: dico ego  
ópera mea Regi.

Gloria Patri.

## Oratio

**D**eus, qui inter cétera po-  
tentiæ tue miracula  
étiam in sexu frágili victóri-  
am martyrii contulisti: con-  
céde propstius; ut, qui bé-  
atæ Bárbaræ Vírginis et Már-  
tyris tue natalicia colimus,  
per ejus ad te exémpia gra-  
diamur. Per Dominum.

Et, in Missis privatis tantum,  
fit Commemoratio S. Petri Chry-  
sologi Episcopi, Confessoris et  
Ecclesiæ Doctoris:

**Oratio**

**D**eus, qui beatum Petrum Chrysologum Doctorem egregium, divinitus premonstratum, ad regendam et instruendam Ecclesiam tuam eligi voluisti: praesta, quae sumus; ut, quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cœlis. (Per Dominum nostrum.)

**Deinde, in omnibus Missis, Commemoratio Ferie.**

**Lectio Epistole beati Pauli Apostoli ad Corinthios**

**1 Cor. 1, 26-31**

**F**ratres: Videte. vocatiō nem vestram, quia non multi sapiētes secundum carnem, non multi potētes, non multi nobiles: sed quae stulta sunt mundi éligit Deus, ut confundat sapiētes: et infirma mundi éligit Deus, ut confundat fōrtia: et ignobilia mundi et contemp̄tibilia éligit Deus, et ea quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret: ut non gloriétur omnis caro in conspectu ejus. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapiētia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redēmptio: ut, quemādmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino gloriétur.

**Graduale Ps. 45, 6** Adjuvabit eam Deus vultu suo:

**D**eus in medio ejus, non commovēbitur. **V. Ibid., 5** Fluminis impetus iætitiat civitatem Dei: sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

**A**lleluja, alleluja. **V. Ps. 118, 46** Loquébar de testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundebar. Alleluja.

**¶ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthēum**

**Matth. 19, 3-12**

**I**n illo tempore: Accesserunt ad Iesum pharisei, tentantes eum et dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa? Qui respondens, ait eis: Non legistis, quia, qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos? et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, et matrem, et adhaerēbit uxori suæ, et erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separaret. Dicunt illi: Quid ergo Mōyses mandavit dare libellum repudii, et dimittere? Ait illis: Quoniam Mōyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia, quicunque dimiserit uxorem suam, nisi

ob fornicationem, et aliam duxerit, moechatur: et qui dimissam duxerit, moechatur. Dicunt ei discipuli ejus: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt; et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus; et sunt eunuchi, qui sepsos castraverunt propter regnum celorum. Qui potest capere, capiat. Credo.

**Offertorium Ps. 44, 15** Afferentur Regi Virgines post eam: proximae ejus afferentur tibi.

#### Secreta

**S**uscipe, Domine, munera, quae in beatae Barbarae Virginis et Martyris tuae solemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum.

**Pro S. Petro Chrysologo**

#### Secreta

**S**ancti Petri Chrysologi Pontificis tui atque Doctoris nobis, Domine, pia non desit oratio: quae et munera nostra conciliet; et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. (Per Dominum.)

**Deinde Commemoratio Feriae.**

**Communio Ps. 118, 78 et 80**  
Confundantur superbi, quia

injuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exerceretur, in tuis justificacionibus, ut non confundar.

#### Postcommunio

**A**uxilientur nobis, Domine, sumpta mysteria: et, intercedente beata Barbara Virgine et Martyre tua, sempiterna protectione confirmant. Per Dominum.

**Pro S. Petro Chrysologo**

#### Postcommunio

**U**t nobis, Domine, tua sacrificia dent salutem: beatus Petrus Chrysologus Pontifex tuus et Doctor egregius, quesumus, precator accedat. (Per Dominum.)

**Deinde Commemoratio Feriae.**

**Die 26 Aprilis**

**Beatæ Mariæ Virginis  
titulo**

**de bono Consilio**

**Missa Gaudeamus, ut inter  
Festa pro aliquibus locis.**

**Die 1 Maii**

**S. Walburgis Virginis**

**Missa Dilexisti, de Communi  
Virginum 3 loco.**

**Die 13 Maii**

**S. Servatii Ep. et Conf.**

**Missa Sacerdotes tui de Com-  
muni Confessoris Pontificis 2 lo-  
co, praeter Orationem sequen-  
tem:**

**Oratio**

**D**eus, qui populo tuo beatum Servatum Confessorem tuum atque Pontificem divini verbi praecōnem concēdere dignatus es: ejus méritis et intercessione concéde; ut, ab omnibus adver- sis liberati, tibi adéliter de- servire studeāmus. Per Dóminum nostrum.

**Secreta - C**

**S**ancti Seryatii Confessoris tui atque Pontificis, quēsumus, Dómine, annua solémnitas pietati tue nos redat accéptos: ut, per haec pīe placatiōnis officia, et illum beata retributio comitétur, et nobis grātiae tue dona conciliet. Per Dóminum.

**Postcommunio C**

**D**eus, fidélium remunerátor animarum: præsta; ut beati Servati Confessoris tui atque Pontificis, cuius venerandam celebrāmus festivitatem, prēcibus indulgētiām consequāmur. Per Dóminum nostrum.

Die 16 Maii

**S. Joannis Nepomuceni  
Martyris**

**Introitus Eccl. 51, 30**

**D**edit mihi Dóminus linguam mercédem meam: et in ipsa laudabo eum. (T. P. Alleluja,

allelúja.) **Ps. 38, 2** Dixi: Custódiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.

**Gloria Patri.**

**Oratio**

**D**eus, qui ob invictum beati Joannis sacramentalē silēntium nova Ecclēsiām tuam martyrii corona decorasti: da; ut, ejus exēmplo et intercessione, ori nostro custódiam ponentes, beatis, qui lingua non sunt lapsi, annumeremur. Per Dóminum.

**Et, in Missis privatis tantum,  
fit Commemoratio S. Ubaldi Epi-  
scopi et Confessoris:**

**Oratio**

**A**uxilium tuum nobis, Dómine, quēsumus, placatus impénde: et, intercessione beati Ubaldi Confessoris tui atque Pontificis, contra omnes diaboli nequitiās dexteram super nos tue propitiatiōnis extende. Per Dóminum.

**Lectio libri Sapientiae****Ecclesiastes 21, 28-31**

**S**tultus a fenestra respicet indomum: vir autem eruditus foris stabit. Stultitia hominis auscultare per ostium: et prudens gravabitur contumelia. Lābia imprudentium stulta narrabunt: verba autem prudentium statera ponderabuntur. In ore

fatuorum cor illorum: et in corde sapientium os illorum. Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. Susurrocoinqüinabit animam suam, et in omnibus odietur: et, qui cum eo manserit, odiōsus erit: tacitus et sensatus honorabitur.

**Graduale Pro. 11, 13** Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis est animi, celat. **¶ Ps. 14, 1 et 3** Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescat in monte sancto tuo? Qui non egit dolum in lingua sua: nec fecit proximo suo malum.

Alleluja, alleluja. **¶ Eccli. 25, 11** Beatus, qui lingua sua non est lapsus, et qui non servivit indignis se. Alleluja.

**Post Septuagesimam, omissis Alleluja et Versu sequenti, dicitur**

**Tractus Jac. 1, 28; 3, 2 et 7-8** Si quis putat se religiosum esse, non refrēnans linguam suam, sed sedūcens cor suum, hujus vana est religio. **¶** Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. **¶** Omnis enim natura bestiarum domantur, et domita sunt a natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest.

Tempore autem Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur:

Alleluja, alleluja. **¶ Eccli.**

**25, 11** Beatus, qui lingua sua non est lapsus, et qui non servivit indignis se. Alleluja. **¶ Prov. 10, 31** Lingua pravorum peribit: lingua autem sapientium est sanitas. Alleluja.

**¶ Sequentia sancti Evangeli secundum Matthaeum**

**Matth. 11, 2-10**

In illo tempore: Cum audisset Joannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an aliud exspectamus? Et respondens Jesus, ait illis: Euntes reūniate Joanni, quae audistis et vidistis. Cœci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgent, pauperes evangelizantur: et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit Jesus dicere ad turbas de Joanne: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatum? Sed quid existis videre? hominem molibus vestitum? Ecce, qui molibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? prophétam? Etiam dico vobis, et plus quam prophétam. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce, ego mitto Angelum meum

ante fáciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

**Offertorium Eccl. 42,1** Non dúplices sermónem de reuelatione sermónis abscónditi, et eris vere sine confusióne: et invénies grátiam in conspéctu ómnium hóminum.  
(T. P. Allelúa.)

**Secreta**

**H**aec tua, Dómine, sacra mystéria illum in nobis, quæsumus, ignem accéndant: quo inclitus Martyr et Sacérdos tuus Joánnes, ea peragéndo, flagrábat. Per Dóminum nostrum.

**Pro S. Ubaldo**

**Secreta**

**S**ancti tui, quæsumus, Dómine, nos ubique lætificent: ut, dum eorum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

**Communio Is. 8, 6-7** Volávit ad me unus de Séraphim: et in manu ejus cálculus, quem túlerat de altári, et tétigit os meum. (T. P. Allelúa.)

**Postcommunio**

**F**ragilitátem nostram, Dómine, cælestis hæc mensa fórtium pane confirmet: qui beáti Mártyris et Sacerdótis tui Joánnis tentátam contra honórem sacraménti constántiam, júgiter aluit ad victóriam. Per Dóminum.

**Pro S. Ubaldo**

**Postcommunio**

**P**räesta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, de percéptis munéribus grárias exhibéntes, intercedénte beáto Ubaldo Confessóre tuo atque Pontifice, beneficia potíora sumámus. Per Dóminum nostrum.

Die 24 Maii

Beatae Maríæ Virginis

titulo

Auxílium Christianorum

**Introitus Sedullus**

**S**alve, sancta Parens, enixa puérpera Regem: qui cælum terramque regit in sǽcula sæculórum. (T. P. Allelúa, allelúa.) **Ps. 44, 2** Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi.

**V. Glória Patri.**

**Oratio**

**O**mnipotens et misericors Deus, qui ad defensiōnem populi christiáni in beatissima Virgine María perpétuum auxílium mirabiliter constituisti: concéde propitiis; ut, tali præsidio munísti certántes in vita, victóriam de hoste maligno cónsequi valeámus in morte. Per Dóminum.

## Léctio libri Sapiéntiae

Eccli. 24, 14-16

**A**b initio et ante sécula  
creata sum, et usque ad  
futurum séculum non dési-  
nam, et in habitatiōne sanc-  
ta coram ipso ministrāvi. Et  
sic in Sion firmata sum, et  
in civitāte sanctificata simi-  
liter requiévi, et in Jerúsa-  
lem potestas mea. Et radicá-  
vi in pôpulo honorificato, et  
in parte Dei mei hereditas  
illius, et in plenitûdine sanc-  
torum detentio mea.

**Graduale** Benedicta et ve-  
nerabilis es, Virgo María,  
quae sine tactu pudoris in-  
vēnta es Mater Salvatoris.  
**V.** Virgo, Dei Génetrix, quem  
totus non capit orbis, in tua  
se clausit viscera factus ho-  
mo.

Alleluja, alleluja. **V.** Post  
partum, Virgo, inviolata per-  
mansisti: Dei Génetrix, in-  
tercede pro nobis. Alleluja.

**Tempore autem Paschali omis-**  
titur **Graduale**, et ejus loco dici-  
tur:

Alleluja, alleluja. **V.** Num.  
17, 8 Virga Jesse flóruit: Vir-  
go Deum et hóminem génuit:  
pacem Deus reddit, in se  
reconcilians ima summis.  
Alleluja. **V.** Luc. 1, 28 Ave,  
María, grátia plena; Dómi-  
nus tecum: benedicta tu in  
muliéribus. Alleluja.

Sequēntia sancti Evangélii  
secundum Lucam

Luc. 11, 27-28

**I**n illo tempore: Loquénte  
Jesu ad turbas, extollens  
vocem quædam mulier de  
turba, dixit illi: Beatus ven-  
ter, qui te portavit, et úbe-  
ra, quæ suxisti. At ille di-  
xit: Quinimmo beati, qui au-  
diunt verbum Dei, et custo-  
diunt illud. **Credo.**

**Offertorium** Luc. 1, 28 et 42  
Ave, María, grátia plena; Dó-  
minus tecum: benedicta tu  
in muliéribus, et benedictus  
fructus ventris tui. (**T. P.**  
Alleluja.)

## Secreta

**P**ro religiōnis christiānæ  
triúmpho hóstias pla-  
catiōnis tibi, Dómine, immo-  
lāmus: quæ ut nobis profi-  
cient, opem auxiliatrix Vir-  
go præstet; per quam talis  
perfœcta est victoria. Per Dó-  
minum nostrum.

**Præfatio de B. María Virg.** Et  
te in Festiuitate.

**Communio** Beata viscera  
Marie Virginis, quæ porta-  
vérunt æterni Patris Filium.  
(**T. P.** Alleluja.)

## Postcommunio

**A**desto, Dómine, pôpulis,  
qui participatiōne Cör-  
poris et Sanguinis tui refici-  
ántur: ut, sanctissima tua  
Genetrice auxiliante, ab om-  
ni malo et periculo liberén-

tur, et in omni opere bono custodiāntur: Qui vivis.

Die 29 Maii

S. Maximini Ep. et Conf.

Missa Sacerdotes tui, de Communi Confessoris Pontificis 2 loco, præter Orationem sequentem:

Oratio

P

**D**eus, qui hodiernam diem beati Maximini Confessoris tui atque Pontificis sollemnitate consecrasti: ad hæc familiæ tue precibus, et præsta; ut, cujus gloriâmur meritis, ejus semper patrocinio muniâmur. Per Dominum nostrum.

Et, in Missis privatis tantum, fit Commemoratio S. Mariæ Magdalene de Pazzie Virginis:

Oratio

**D**eus, virginitatis amator, qui beatam Mariam Magdalénam Virginem, tuo amore succénsam, cœlestibus donis decorasti: da; ut, quam festiva celebritate venerâmur, puritate et caritate imitémur. Per Dominum.

Secreta C

**S**ancti Maximini Confessoris tui atque Pontificis, quæsumus, Domine, annua sollēmnitas pietati tue nos reddat accéptos: ut, per hæc plæ placationis officia, et illum beata retributio comitétur, et nobis gratiæ tue dona conciliet. Per Dominum.

Pro S. Maria Magdalena  
Secreta

**A**ccépta tibi sit, Domine, sacratæ plebis oblatio pro tuorum honore Sanctorum: quorum se méritis de tribulatiōne percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum nostrum.

Postcommunio C

**D**eus, fidélium remunerátor animarum: præsta; ut beati Maximini Confessoris tui atque Pontificis, cuius venerandam celebrâmus festivitatem, precibus indulgentiam consequâmur. Per Dominum.

Pro S. Maria Magdalena  
Postcommunio

**S**atiasti, Domine, familiam tuam munéribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventione nos réfove, cuius sollēmnia celebrâmus. Per Dominum.

Die 16 Junii

Ss. Aurei Ep. et Justinæ  
Virginis, Martyrum

Introitus Ps. 33, 20-21

**M**ultæ tribulatiōnes justorum, et de his omnibus liberavit eos Dominus: Dominus custodit omnia ossa eorum: unum ex his non conteretur. **Ps. Ibid., 2** Benedic Domini in omni tempore: semper laus ejus in ore meo.

**R.** Glória Patri.

**Oratio**

**D**eus, qui glorificáris in consilio sanctórum Mártyrum tuórum Aurei et Iustínse: rēspice ad precess humilitatis nostrae; ut, quorum sollémnia celebrámus, eorum intercessiōnibus adjuvári mereámur. Per Dóminum nostrum.

**Léctio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Hebræos**

Hebr. 11, 33-39

**F**ratres: Sancti per fidem vicérunt regna, operáti sunt justitiam, adépti sunt re promissiōnes, obturavérunt ora Ieónum, extinxérunt ímpetum ignis, effugérunt áciem gládii, convalué runt de infirmitáte, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterórum: accepérunt mulieres de resurrec tione mórtuos suos: alii autem disténti sunt, non suscipiéntes redemptiōnem, ut meliòrem invenírent resurrec tione: alii vero ludibria et vérbera expérti, insuper et víncula et cárceres: lapi datti sunt, secti sunt, tentáti sunt, in occisiōne gládii mórtui sunt: circuiérunt in me lótis, in péllibus caprínis, egéntes, angustiáti, afflicti: quibus dignus non erat mun dus: in solitudinibus errán tes, in móntibus, et spelún cis, et in cavérnis terræ. Et

hi omnes testimónio fidei probáti, invéntisunt in Christo Jesu, Dómino nostro.

**Graduale Ps. 123, 7-8** Anima nostra, sicut passer, erépta est de láqueo venántium.  
**V.** Láqueus contritus est, et nos liberáti sumus: adjutórium nostrum in nōmine Dómini, qui fecit cælum et terram.

**Alleluja, alleluja. V. Ps. 31, 11** Lætámini in Dómino et exsultáte, justi: et gloriámini, omnes recti corde. Alleluja.

**¶ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam**

Luc. 12, 2-8

**I**n illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Nihil opér tum est, quod non revelétur: neque absconditum, quod non sciátur. Quóniam, quæ in ténebris dixistis, in lúmine dicéntur: et quod in au rem locuti estis in cubicu lis, prædicábitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreámini ab his, qui occídunt corpus, et post hæc non habent amplius quid fáclant. Osténdam autem vobis, quem timeáatis: timéte eum, qui, postquam occiderit, habet potestátem mittere in gehénnam. Ita dico vobis: hunc timéte. Nonne quinque pásseres vénient dipóndio, et unus ex illis non

est in obliuione coram Deo? Sed et capilli capitum vestrum omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passibus pluris estis vos. Dico autem vobis: Omnis, qui cumque confessus fuerit me coram hominibus, et Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei.

**Offertorium Ps. 149, 5-8**  
Exsultabunt Sancti in gloria,  
laetabuntur in cubilibus suis:  
exaltationes Dei in guttura  
eorum, alleluja.

**Secreta**

**R**espice, Domine, munera, quae in sanctorum Martirum tuorum Aurei et Justinæ commemoratione deferrimus: et praesta; ut, quorum honore sunt grata, eorum nobis fiant intercessio ne salutaria. Per Dominum.

**Communio Ps. 78, 2 et 11**  
Posuerunt mortalia servorum tuorum, Domine, escas volatilibus cœli, carnes Sanctorum tuorum bestiis terræ: secundum magnitudinem brachii tui posside filios morte punitorum.

**Postcommunio**

**C**elestibus refecti mystériis supplices te rogamus, Domine: ut, quorum gloriamur triumphis, protegamus auxiliis. Per Dominum nostrum.

**Die 8 Juilli**

**S. Chiliani Ep. et Mart.**

**Introitius Eccl. 45, 30**

**S**tatuit enim Dominus testamentum pacis, et principem fecit eum: ut sit illi sacerdotii dignitas in seculum. **Pa. 131, 1** Memento, Domine, David: et omnis mansuetudinis ejus.

**V. Glòria Patri.**

**Oratio**

**I**nfirmatatem nostram respice, omnipotens Deus: et, quia pondus proprieatis gravat, beati Chiliani Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum.

**Et fit Commemoratio Ss. Sanctorum Martyrum:**

**Oratio**

**D**eus, qui nos annua sanctorum Martirum tuorum sollemnitate laetificas: concede propitiatus; ut, quorum gaudemus meritis, ascendamus exemplis. (Per Dominum nostrum.)

**Et, in Missis privatis tantum,**  
**fit Commemoratio S. Elisabeth Regine, Viduae:**

**Oratio**

**C**lementissime Deus, qui beatam Elisabeth reginam, inter ceteras egregias doles, bellici furoris sedandi prerogativa decorasti: da nobis, ejus intercessione; post mortalis vite, quam

suppliciter pétimus, pacem,  
ad sérerna gáudia pervenire.  
Per Dóminum.

Léctio Epistolæ beáti Jacobi  
Apóstoli

Jac. 1, 12-18

**C**arissimi: Beatus vir,  
qui suffert tentatiōnem:  
quóniam, cum probátus fúe-  
rit, accipiet corónam vitæ,  
quam repromisit Deus dili-  
gēntibus se. Nemo, cum ten-  
tátur, dicat, quóniam a Deo  
tentátur: Deus enim intentā-  
tor malórum est: ipse autem  
néminem tentat. Unusquis-  
que vero tentátur a concupis-  
cēntia sua abstráctus et illéc-  
tus. Deinde concupiscentia  
cum concéperit, parit peccá-  
tum: peccátum verocum con-  
summátum fúerit, gēnerat  
mortem. Nolite itaque errare,  
fratres mei dilectissimi. Om-  
ne datum óptimum et omne  
donum perféctum desírsum  
est, descéndens a Patre lúmi-  
num, apud quem non est  
transmutatio nec vicissítudi-  
nis obumbratio. Voluntaris  
enim gēnuit nos verbo veri-  
tatis, ut simus instium al-  
iquid creaturæ ejus.

**Graduale Ps. 88, 21-23** In-  
vénī David servum meum,  
óleo sancto meo unxi eum:  
manus enim mea auxiliabi-  
tur ei, et bráchium meum  
confortabit eum. **Y.** Nihil  
proficiet inimicus in eo, et

filius iniquitatis non nocé-  
bit ei.

Allelúja, allelúja. **Y. Ps.**  
**109, 4** Tu es sacérdos in se-  
ténum, secúndum órdinem  
Melchisédech. Allelúja.

**+** Sequéntia sancti Evangélīi  
secúndum Lucam

Luc. 14, 28-33

**I**n illo tēmpore: Dixit Jesus  
turbis: Si quis venit ad  
me, et non odit patrem su-  
um, et matrem, et uxórem,  
et filios, et fratres, et soró-  
res, adhuc autem et ánimam  
suam, non potest meus esse  
discípulus. Et qui non báju-  
lat crucem suam, et venit  
post me, non potest meus  
esse discípulus. Quis enim  
ex vobis volens turrim sedi-  
ficāre, non prius sedens cōm-  
putat sumptus, qui necessá-  
ri sunt, si hábeat ad perfi-  
ciéndum; ne, posteáquam  
posúerit fundaméntum, et  
non potuerit perficere, om-  
nes, qui vident, incipient  
illúdere ei, dicéntes: Quia  
hic homo cœpit sedificare, et  
non pótuit consummāre?  
Aut quis rex iturus commit-  
tere bellum adversus állum  
regem, non sedens prius cō-  
gitat, si possit cum decem  
miliib⁹ occurrere ei, qui cum  
viginti miliib⁹ venit ad se?  
Alióquin, adhuc illo longe  
agénte, legatiōnem mittens,  
rogat ea, quæ pacis sunt. Sic

**ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus.**

**Offertorium Ps. 88, 25** *Véritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu ejus.*

**Secreta**

**H**óstias tibi, Dómine, báti Chilliáni Mártyris tui atque Pontificis dicátas méritis, benignus assúme: et ad perpétuum nobis tribue provenire subsídium. Per Dóminum.

**Pro Ss. Sociis Martyribus  
Secreta**

**O**blátis, quæsumus, Dómine, placare munéribus: et, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis, a cunctis nos defénde periculis. (Per Dóminum.)

**Pro S. Elisabeth Secreta**

**A**ccepta tibi sit, Dómine, sacratæ plebis oblátio pro tuorum honore Sanctórum: quorum se méritis de tribulatióne percepisse cognoscit auxilium. Per Dóminum nostrum.

**Communio Ps. 88, 36 et 37-38** *Semel jurávi in sancto meo: Semen ejus in æternum manébit: et sedes ejus sicut sol in conspéctu meo, et sicut luna perfecta in æternum, et testis in caelo fidélis.*

**Postcommunio**

**R**efecti participatióne muneris sacri, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut, cuius exsequimur cultum, intercedénte beato Chilliáno Mártyre tuo atque Pontifice, sentiámus effectum. Per Dóminum nostrum.

**Pro Ss. Sociis Martyribus  
Postcommunio**

**H**ec nos communio, Dómine, purget a crímine: et, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis, cœlestis remédií faciat esse consórtes. (Per Dóminum.)

**Pro S. Elisabeth  
Postcommunio**

**S**atiásti, Dómine, familiam tuam munéribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventione nos réfove, cuius sollémnia celebrámus. Per Dóminum.

**Die 20 Julii**

**S. Margaritæ Virg. et Mart.**

**Missa Me exspectavérunt, de Communi Virginum 2 loco, præter Orationem sequentem:**

**Oratio P**

**D**eus, qui beatam Margaritam Vírginem hodiéna die ad cœlos per martyrii palmam venire fecisti: concéde, quæsumus; ut, ejus exempla sequentes, ad te pervenire mereamur. Per Dóminum nostrum.

**Et, in Missis privatis tantum,  
fit Commemoratio S. Hieronymi  
Æmiliani Conf.:**

**Oratio**

**D**eus, misericordiarum pater, per mérita et intercessióinem beati Hierónymi, quem orphanis adjutórem et patrem esse voluísti: concéde; ut spíritum adoptiόnis, quo filii tui nominámus et sumus, fidéliter custodiāmus. Per Dóminum.

**Evangelium** Simile erit regnum cælōrum decem virginibus, **ex Missa** Dilexisti.

**Secreta C**

**H**óstias tibi, Dómine, báte Margarítæ Virginis et Mártyris tue dicátas méritis, benignus assúme: et ad perpétuum nobis tribue provenire subsídium. Per Dóminum.

**Pro S. Hieronymo Æmiliani**

**Secreta**

**C**lementissime Deus, qui, véteri hómine consúmpto, novum secundum te in beato Hierónymo creáre dignátus es: da, per mérita ipsius; ut nos, páriter renováti, hanc placatiόnis hóstiam in odórem tibi suavissimum offerámus. Per Dóminum.

**Postcommunio C**

**D**ivini múnjeris largítate satiáti, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut, intercedénte báta Margarita Vir-

gine et Mártyre tua, in ejus semper participatiōne vivámus. Per Dóminum.

**Pro S. Hieronymo Æmiliani**  
**Postcommunio**

**A**ngelorum pano refécti te, Dómine, suppliciter deprecámur: ut, qui annuam beati Hierónymi Confessoris tui memoriā celebrare gaudémus; ejusdem étiam et exémplum imitémur, et ampiissimum in regno tuo præmium obtinére valeámus. Per Dóminum.

**Die 5 Augusti**

**S. Oswaldi Regis, Martyris**

**Missa In virtute, de Communi**  
**ni unius Martyris 3 loco, præter**  
**Orationes sequentes:**

**Oratio P**

**D**eus, qui donásti báto Oswaldo Regi et Mártyri tuo gloriā terrēnæ potestatis in divinum convérti amórem: da nobis ejus intercessiōne, in tui nōminis amore júgiter permanére. Per Dóminum.

**Et, in Missis privatis tantum,**  
**fit Commemoratio Dedicatiōnis**  
**S. Marie ad Nives:**

**Oratio**

**C**oncéde nos fábulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et corporis sanitáte gaudére: et, gloriósa báte Marie semper Virginis intercessiōne, a

præsenti liberari tristitia, et  
æterna pérfrui lætitia. Per  
Dóminum.

## Secreta

P

**A**désto, Dómine, supplica-  
tiónibus nostris, quas  
in sancti Oswaldi Mártyris  
tui commémoratióne deféri-  
mus: ut, qui nostræ justitiae  
fiduciam non habémus; ejus,  
qui tibi plácuit, méritis ad-  
juvémur. Per Dóminum.

Pro S. Maria ad Nives

## Secreta

**T**ua, Dómine, propitiatió-  
ne, et beatæ Maríæ sem-  
per Virginis intercessióne,  
ad perpétuam atque præsén-  
tem hæc oblátio nobis pro-  
ficiat prosperitatem et pacem.  
Per Dóminum.

Præfatio communis; in Missis  
privatis vero Præfatio de B. Ma-  
ria V. Et te in Festivitáte.

Postcommunio P

**Q**uesumus, Dómine, sa-  
lutáribus repléti mysté-  
riis: ut, cujus sollémnia ce-  
lebrámus, ejus oratióibus  
adjuvémur. Per Dóminum.

Pro S. Maria ad Nives

Postcommunio

**S**umptis, Dómine, salútis  
nostræ subsidiis: da,  
quesumus, beatæ Maríæ semper  
Virginis patrociniis nos ubique prótegi; in cujus  
veneratióne hæc tuæ obtulimus  
majestati. Per Dómi-  
num nostrum.

Et, in Missis privatis tantum,  
legitur in fine Evangelium B. Ma-  
riae Virg. ad Nives.

Die 16 Augusti

S. Rochi Confessoris

Introitus

**C**ongratulámini omnes  
in Dómino, diem beá-  
ti Rochi celebrántes,  
in cuius festivitáte lætatur  
Ecclésia, plebs exsúltat, An-  
geli dulces dant melódias,  
dicéntes: Glória tibi, Dómi-  
ne, qui tales virum Confes-  
sórem elegisti. Ps. 118, 1  
Beati immaculati in via: qui  
ambulant in lege Dómini.

Y. Glória Patri.

Oratio

**D**eus, qui beáto Rocho  
per Angelum tuum tâ-  
bulam eidem afferéntem pro-  
missisti, ut, qui ipsum invo-  
cáverit, a nullo pestis cru-  
ciátu læderétur: præsta,  
quesumus; ut, qui ejus na-  
talicia cólimus, ipsius préci-  
bus et méritis a mortífera  
peste cörporis et ánimæ sal-  
vémur. Per Dóminum.

Léctio Epistole beáti Pauli  
Apóstoli ad Timótheum

2 Tim. 2, 8-10; 3, 10-12

**C**arissime: Memor esto,  
Dóminum Jesum Chris-  
tum resurrexisse a mórtuis  
ex sémine David, secúndum  
Evangélium meum, in quo

labóro usque ad vincula, quasi male operans: sed verbum Dei non est alligatum. Ideo ómnia sustineo propter electos, ut et ipsi salutem consequántur, quæ est in Christo Jesu, cum glória cœlesti. Tu autem assecútus es meam doctrinam, institutionem, propósitum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiōnes, passiōnes: quælia mihi facta sunt Antiochiae, Icónii et Lystris: quales persecutiōnes sustinui, et ex omnibus eripuit me Dóminus. Et omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutiōnem patientur.

**Graduale** Tibi, sancte Roche, honor sit et gloria, et te deprecantes apud cœlestis numen tuis precibus a morbo epidemice salvos redde.  
**R.** Fac, quæsumus, beáte Roche, Conféssor Christi, ut apud Deum preces nostræ non sint vanæ, et nobis aëris tempériem concéde, ut et in fine tecum in cælis congratulémur.

Alleluja, alleluja. **R.** O beáte Conféssor Roche! O quam magna apud Deum sunt mérita tua; quibus crédimus nos a morbo epidemice posse liberari, et aëris tempériem concédi. Alleluja.

† Sequentiæ sancti Evangélii secundum Matthæum  
**Matth. 10, 27-29**

In illo tempore: Dixit Petrus ad Jésum: Ecce, nos reliquimus ómnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen, dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum séderit Filius hominis in sede majestatis sue, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, cęntuplum accipiet, et vitam eternam possidébit. **Credo.**

**Offertorium** Rochum, Christi Confessorem, exoratum fécimus, et preces ad Patrem nostrum dirigimus, ut sua intercessione a languoribus et epidemice peste salvémur, et aëris tempériem servémus.

#### Secreta

Parce nobis, Dómine, et flagella iræ tue, quæ peccata nostra merentur, precibus et méritis beatissimi Confessoris tui Rochi a nobis misericorditer avérte. Per Dóminum.

**Prefatio de B. Maria V.** Et te in Assumptione.

**Grassante peste in sequenti Communione dicitur: aëris tempériem concéde.**

**Communio** O quam magnificum est nomen tuum, beatoe Roche! qui tuis intercessióibus multitúdinem languéntium nosti sanare, et nomen tuum gloriósum commemorantibus omnibus te propstium exhibere: salva nos a morbo ac epidémie peste et aëris tempériem consérva.

#### Postcommunio

**P**rästa, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui cœlestia aliménta percépimus, intercedente beato Roche Confessore tuo, per hæc contra omnia adversa mundi muniámur; ac ab omni morbo et peste, ac subitanea morte salvémur. Per Dóminum.

**¶ Si Missa tempore pestis celebretur, in orationibus predictis loco salvémur et salva dicitur liberémur et libera.**

#### Die 29 Augusti

#### S. Adelphi Ep. et Conf.

**Missa** Státuit de Communi Confessoris Pontificis 1 loco.

**Et, in Missis privatis tantum, fit Commemoratio Decollationis S. Joannis Baptistæ, ut in Missali hac die, et legitur ejus Evangelium in fine, juxta Rubricas.**

#### Die 22 Septembris

#### S. Mauritii Martyris

**Missa** In virtute, de Communi unius Martyris 3 loco, prièter Orationes sequentes:

#### Oratio P

**A**nnue, quæsumus, omnipotens Deus: ut sancti Mártyris tul Mauritii nos isotifiet festiva sollémnitas; ut, cujus suffrágis nístimur, ejus natalicíis gloriémur. Per Dóminum nostrum.

**Et, in Missis privatis tantum, fit Commemoratio S. Thomæ de Villanova Ep. et Conf.:**

#### Oratio

**D**eus, qui beatum Thomam Pontificem insignis in páuperes misericordiæ virtute decorasti: quæsumus; ut, ejus intercessione, in omnes, qui te deprecántur, divitias misericordiæ tuse benignus effúndas. Per Dóminum.

#### Secreta P

**R**espice, quæsumus, Dómine, múnera, quæ in sancti Mártyris tul Mauritii commemoratione deférimus: et præsta; ut, cujus honore sunt grata, ejus nobis flant intercessione perpétua. Per Dóminum.

#### Pro S. Thoma Secreta

**S**ancti Thomæ Confessoris tul atque Pontificis, quæsumus, Dómine, annua sollémnitas pietati tue nos

reddat accéptos: ut, per hæc piae placationis officia, et illum beata retributio comitétur, et nobis gratiæ tue dona conciliet. Per Dóminum.

**Postcommunio** P

**C**ælestibus refecti sacramentis et gaudiis: súplices te rogámus, Dómine; ut, cujus gloriámur triúpho, protegámur auxilio. Per Dóminum.

**Pro S. Thoma**

**Postcommunio**

**D**eus, fidélium remunerátor animarum: præsta; ut beati Thomæ Confessoris tui atque Pontificis, cuius venerandam celebrámus festivitatem, præcibus indulgentiam consequámur. Per Dóminum nostrum.

**Die 16 Octobris**

**S. Galli Abbatis**

**Missa Os justi, de Communi  
Abbatum.**

**Die 21 Octobris**

**Ss. Ursulæ et Soeiarum**

**Virginum et Martyrum**

**Missa Loquébar, ut in Missali  
hac die.**

**Die 22 Octobris**

**S. Wendelini Confessoris**

**Missa Os justi, de Communi  
Abbatum, præter Orationes se-  
quentes:**

**Oratio** P

**C**oncédere, quæsumus, omniptotens Deus: ut, qui

beati Wendelini Confessoris tui sollémnia celebrámus; ejus patrociniis protécti et exémplis instructi ad te gradíamur. Per Dóminum.

**Secreta** P

**P**raesta nobis, quæsumus, omnipotens Deus: ut nostræ humilitatis oblatio, et pro tuorum tibi grata sit honore Sanctorum, et nos corpore páriter et mente purifícet. Per Dóminum.

**Postcommunio** P

**Q**uæsumus, omnipotens Deus: ut, qui cælestia alliménta percépimus; intercedente beato Wendelino Confessore tuo, per hæc contra ómnia adversa muniamur. Per Dóminum.

**Die 29 Octobris**

**S. Ferrutii Martyris**

**Missa In virtute tua, de Com-  
muni unius Martyris 3 loco, præ-  
ter sequentia:**

**Oratio** P

**D**eus, qui Ecclésiam tuam in terris militantem, inter plúrimos fideli nostræ propugnandæ athlétas, etiam gloriósi Martyris Ferrutii passióne corroborare dignatus es: concéde propitius; ut, ejus méritis ac præcibus legitime in terris certantes, cum eo coronari mereámur in cælis. Per Dóminum.

**Evangellum** Si quis venit, ex Missa Statuit, de Communi unius Martyris i loco.

**Secreta** P

**H**is, Domine, munéribus propitiis adésto: ut, quae sacris sunt oblata mysteriis, beati Martiris tui Ferrutii intercessione tibi placeant. Per Dominum.

**Postcommunio** P

**R**efecti pane cælesti, quæsumus, omnipotens Deus: ut, intercedente beato Ferrutio Martyre tuo, ad vitam nutriámur æternam. Per Dominum.

Die 3 Novembris

**S. Huberti Ep. et Conf.**

**Missa** Statuit, de Communi Confessoris Pontificis i loco, ppter Orationem sequentem:

**Oratio** P

**D**eus, qui beatum Huber- tum Confessorem tuum atque Pontificem ad viam veritatis mirabiliter convertisti, et plúrimos daemonicos ac mente captos ipsius præcibus pristinæ sanitati restituisti: tríbue, quæsumus, nobis; ut, ejusdem patrocinio ab omni diabolorum incursu liberri, sana tibi mente famulémur. Per Dominum.

**Secreta** C

**S**ancti tui, quæsumus, Domine, nos ubique lætiscen- cent: ut, dum eorum mérita

recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum.

**Postcommunio** C

**P**reesta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, de percéptis munéribus grátiás exhibentes, intercedente beato Huberto Confessore tuo atque Pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dominum nostrum.

Die 6 Novembris

**S. Leonardi Abbatis**

**Missa** Os justi, de Communi Abbatum.

Die 7 Novembris

**S. Willibrordi**

**Episcopi et Confessoris**

**Missa** Statuit, de Communi Confessoris Pontificis i loco, ppter Orationes sequentes:

**Oratio** P

**D**eus, qui ad prædicandum gentibus glóriam tuam beatum Willibrórdum Confessorem tuum atque Pontificem misstere dignatus es: da nobis ejus intercessione; in ejusdem glóriæ revelatiōne gaudere lætantēs. Per Dominum nostrum.

**Secreta** P

**R**éspice, Domine, múnera populi tui, sancti præsulis Willibrordi festivitatē votiva, et tuse testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. Per Dominum.

## Postcommunio P

**V**ivificant nos, Dómine, sacramenta, quæ sumpsimus: et, intercedente beato Willibrórdo Confessore tuo atque Pontifice, in tue proficiant caritatis augmémentum. Per Dóminum.

Die 17 Novembris

## S. Florini Confessoris

Missa Os justi, de Communi  
Conf. non Pont. I loco, præter  
Orationes sequentes:

## Oratio P

**S**ancti Florini Confessoris  
tui, quæsumus, Dómine,  
supplicationibus tribue nos  
foveri: ut, cujus festivitatem

annuo recolimus officio; ejus  
apud te méritis et interces-  
sionibus adjuvémur. Per Dó-  
minum nostrum.

## Secreta P

**S**uscipe, quæsumus, om-  
nipotens Deus, vota et  
múnera, quæ offérimus: et,  
pro cuius deferuntur hono-  
re, ejus precibus tibi grata  
fieri concède. Per Dóminum.

## Postcommunio P

**M**ajestati tuæ, quæsu-  
mus, Dómine, sancti  
Florini Confessoris tui nos  
pia júgiter comméndet orá-  
tio: ut, quem pio venerámur  
officio, ipsius suffrágio libe-  
rémur optato. Per Dóminum.



**Index alphabeticus**  
**Nominum Sanctorum hujus Proprii**

	pag.
Adelphi Ep. et Conf. 29 Augusti	31*
Aurei et Justinæ Mm. 16 Junii	23*
Barbaræ Virg. et Mart. 4 Decembris	16*
Bonifatii Ep. et Mart. 5 Junii	7*
Chiliani Ep. et Mart. 8 Julii	25*
Crescentis Ep. et Mart. 27 Junii	7*
Dedicatio Ecclesie Cathedralis. 11 Augusti	9*
— — De Octava. 13 Augusti	9*
— — De Octava. 14 Augusii	9*
— — Octava. 18 Augusti	9*
Elisabeth Schoenaugiensis Virg. 18 Junii	7*
Eucharii Ep. et Conf. 9 Decembris	1*
Ferrutii Mart. 29 Octobris	32*
Florini Conf. 17 Novembris	34*
Galli Abbatis. 16 Octobris	32*
Georgii Mart. 23 Aprilis	5*
— De Octava. 27 Aprilis	6*
— Octava. 30 Aprilis	6*
Goaris Conf. 9 Julii	8*
Helene Imperatricis, Viduae. 19 Augusti	10*
Hildegardis Virg. 17 Septembris	12*
Huberti Ep. et Conf. 3 Novembris	33*
Joannis Nepomuceni Mart. 16 Maii	19*
Leonardi Abbatis. 6. Novembris	33*
Lubentii Conf. 13 Octobris	15*
Mariæ B. Virg. Auxilium Christianorum. 24 Maii	21*
— — de bono Consilio. 26 Aprilis	18*
Margarite Virg. et Mart. 20 Julii	27*
Materni Ep. et Conf. 25 Septembris	13*
Maximini Ep. et Conf. 29 Maii	23*
Mauritii Mart. 22 Septembris	31*
Oswaldi Regis, Mart. 5 Augusti	28*
Rabani Mauri Ep. et Conf. 4 Februarii	4*
Rochi Conf. 16 Augusti	29*
Ruperti Conf. 15 Maii	7*
Servatii Ep. et Conf. 13 Maii	18*
Ursulæ et Sociarum Vv. et Mm. 21 Octobris	32*
Valentini Ep. et Mart. 14 Februarii	4*
Valerii Ep. et Conf. 29 Januarii	3*
Walburgis Virg. 1 Maii	18*
Wendelini Conf. 22 Octobris	32*
Willibrordi Ep. et Conf. 7 Novembris	33*

